Quando exibis domum vt dominus
cuſtodiat introitū tuū et exitum tuū
ſicut ſancti patres cōſueuerunt ſcd̄m
Jeronimū. Item quociens tibi pecca
tum innoteſcit ſiue per āmonicōnem
alterius vel tui examinacōnem ꝛc cijs.

Incipit aſcenſio tercia qua debel
lando vicia aſcendim⁹ de virtute in
virtutem et vires anime deſtitutas
rurſum reformam⁹. precipue de duo
bus q̄ impediunt aſcendētes aſcenſu
ſpirituali.

Capl'. xlvij.

Bene cor hominis altū ꝓpheta
deſcribit ad cuius ſūmitatem
vel ſummū apicem nō niſi tot
aſcenſionibus puenitur. Nec mirum
tamen ſi altum dicatur ipſū cum ſupe
rior eius porcio ſi bene eſſet ordinata

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

immediatē deum attingeret et ei ſoli
ſubeſſꝫ · ita vt ſi in ſuperiori pte men
tis tue ſtares · adeo alte reſpiceres
vt ipſum deū cernere poſſes ꝗuis nō
p eſſenciā ꝓpter tuam in idoneitatē
vel oculoꝝ adhuc impuritatē et infir
mitatē · Igitur altus mons eſt huāna
mens ad quā aſcenſiones in corde diſ
poſuim9 Sed vtinā labor eſſet ſolūmō
ex altitudine aſcenſus et multitudine
graduū aſcenſionū · eſſet ꝙ alias via
tuta ab hoſtib9 · eſſꝫ ꝙ plana et direc
ta ad ambulandū in ea · Sed nunc hec
duo plurimū impediunt et retrahunt
ab aſcēſu videlicꝫ multitudo hoſtium
aſcēſum ipm obſidenciū · et ignorācia
viarum · Siquidē ipſa via q̄ ducit ad
vitam arta eſt a dextris et a ſiniſtris
ab inimicis circūcluſa qui aſcendētes
p eam mittētes ſagittas ignitas gra
uiter vulnerant Ipſi em̄ hoſtes viam

obſidentes intendunt arcum vt ſagit
tent tendētem ad coꝛ immaculatū et
coꝛdis puritatem· vincula etiā· id eſt
rerum inferioꝝ affectiones ad pedes
proiciunt vt ita laqueis ſuis vel infra
trahāt ſeu a dextris vel ſiniſtris a via
regia precipitent· ita vt videas mille
cadētes a ſiniſtris vie huiꝰ decē vero
milia a dextris eius· Vñ et ipſi inimici
ſimul narrauerūt vt abſconderent la
queos atqꝫ adeo occultauerūt vt di
cerēt q̄s videbit eos· Sed et via ipſa
multa habet diuerticula· Sunt enim
circūquaqꝫ a dextris et a ſiniſtris iux
ta viam multe ſemite q̄ videnť bone
ſed nouiſſima eaꝝ ducunt ad inferos
Sed et inimici magis nitunť ſepe deci
pere viaꝝ ſeductione q̄ opprimere vi
olenta temptacōne· Induūt enī ipſa
vicia frequēter ſplendoꝛē et decoꝛeꝫ
virtutum et iungunt ſe aſcendētibus

quaſi aliunde et nõ de pte aduerſar i
orum venientes · qnẽadmodũ gabao
nite populum deũ deceperunt ·

## Qualiter vicia vires anime occu pant et impediunt ſpiritualiter aſcẽ dentem · Capl'. xlviij ·

Sicut autẽ ſuperius diximꝰ vires et potẽcie anime cõcupiſcibilis et iraſcibilis · et anime affectiones q̄ homini a deo fuerũt date vt quociẽs ipſe homo ſupra vellet aſcendere vel infra deſcendere · p̄dicte eum vires et ſupra aſcendentem et infra deſcen dẽtem ſine labore et ſine timore inimi corum deberent deducere cũ quiete In caſu aũt primi hoīs ipſe vires deſti tute fecte ſunt cõtrarie · et caſtrame tati ſũt ibi ĩimici noſtri · Supbia etenĩ vicioꝝ regina et ſathane p̄mogenita ipſa nũc in haꝝ viriũ arce habitat et loco ſupiori · et in reliq̄s affectionibꝰ